

CERTAMEN⁴
POETICVM.

*comuentus laudisimum sacri
ordinis Superiudiciorum.
F. J. de J. b. j. 623.*

LESSO MORTV-
ALI E GERMANICO A VA-
RIIS VARIO CARMINIS
GENERE TRADVCTO.
EX
AVCTORVM CA-
STIGATIONE

Cum

ODA RADERI DE FATALI
DIE MVNDI

LATINO GERMANICA.

*Nascentes morimur, finisq; ab origine pendet.
Manil.*

MONACHII,

Ex Typographéo Bergiano, apud Viduam,

ANNO M. DC. XIII.



VIVERE TOTA VITA
DISCENDVM EST: ET
QVOD MAGIS FORTAS-
SE MIRABERIS, TOTA
VITA DISCENDVM EST
MORI.

Seneca lib. de breuitate Vita.



Univ. Bibl.
München

I.
ANIMADVER-
SIVNCVLA

AD LECTOREM.



E inscriptione moneo, LESSVM apud antiquos in contro-
uersiam venisse, vestemne lu-
gubrem, an tantum fune-
brem explicarent. M. Tullius
in altero de Legibus ex XII.
tab. *Mulieres genas ne radunt, neue LESSVM
funeris ergo habent.* Hoc veteres inquit, in-
terpretes, Sextus Ælius, Lucius Acilius non sa-
tis intelligere se dixerunt: sed suspicari, vesti-
menti aliquod genus funebris. Loelius lessum
quasi lugubrem eiulationem, vt vox ipsa signifi-
cat: quod eò magis iudico verum esse, quia lex
Solonis id ipsum vetat. Cicero ergo funebrem
eiulationem interpretatur. Plautus idem sen-
tit: *Thetis quoque etiam lamentando lessum fe-
cit filio.* In Fuluij Vrsini notis ad XII. tabulas
hunc locum ita lego:

MOLIERES. FACIEM. NEI. CAR-
PVNTO. NEIVE. CENAS. RADVN-
TO. LESOM. FONERIS. NEC. HA-
BENTO.


Lessum inquit, seu Lesom sunt qui putent mutandum in *L A V S V M*, quod apud Plautum ita esse in scriptis libris notarint: Thetis quoque etiam lamentando Lausum fecit filio. Nos nihil mutauimus. Lausum à Græco *κλαυθμός* deducunt alij, alij ab alijs. In hoc conueniunt plerique omnes, lessum, seu lausum, seu lesum non vestem, sed eiulatum funebrem significare. Sed cuius ordinis & generis sit Grammatici certant.

Plerique omnes Lexicographi vocem ad quartam inflexionē redigunt, & in secundo casu Lessus, lessûs dicunt. Lipsio, Marcilio, Nizolio & alijs placuit Lessus Lessi, secundo potius ordine quàm quarto dicere. Nizolius Lessum in recto & Lessus scribit.


Enimvero nec qui Lessus Lessûs quarta declinatione; nec qui Lessus Lessi secunda; nec qui Lessum Lessi neutro genere exprimunt, vllas ex vllò auctore vel prisco vel recenti pro testimonio vel literas vel tabulas adducunt, vt proinde rem in medio relinquendam. putem. quam inclinem magis in secundum quàm quartum ordinem inflexionis, vt dicamus lesus lesi, vel lausus lausi, vel lessus lessi vt posteriores scribunt. Lege si vacat Turnebum ad lib. 2. Cic. de Legibus, Marcilium ad x i i. Tab. Lips. Epist. quæst.

Quæst. lib. 1. ep. 7. Meursium de Funere c. 18. 10
 Kirehmannum de Funeribus Romanorum lib. 2.
 cap. 6. (vbi multa de origine vocis ex Græcis &
 Latinis, quam certa nescio,) Antonium Augusti-
 num, & Fulvium Ursinum ad x i i. tab.

--- sed tu bone lector
 Et lesse bonus & certaminis arbiter esto.


CERTAMEN POE-
TICVM SVPER LESSO
MORTVALI.

I.

 Er grimme Todt mit seinẽ Pfeil/
 Thut nach dem leben zihlen :
 Sein bogen scheust er ab mit eyl /
 Vnd last mit sich nit spilen :
 Daz leben schwind / wie Rauch im Windt /
 Kein Fleisch mag ihm entrinnen :
 Kein Gut noch Schatz / find bey ihm platz /
 Du must mit ihm von hinnen.

H *Orrendamors, tremendamors*
Telo minax & arcu.
Fatale torquet speculum,
Nulla quod arte vites.
Vt fumus evanesCIMUS,
Eliminamur omnes.
Abibi hinc, non flectitur
Fulgentibus metallis.

Lethiferam intentat crudelis Parca sagittam,
 Quã iuuenũ abrumpit stamina, quãq; senum.
 Et mar

Et maria, & terras irato perfurit arcu,
 Nec prece, nec blandis flectitur illa iocis.
 Aura rapit cinerem, Mors atro funere vitam.
 Nec, quamuis fugias ad Tanaim, effugies.
 Quò tibi diuitiæ? quas tecum auferre negatū est,
 Umbra ad Letheas ibis inanis aquas.

*Trata Volucris sagitta Parca
 Nostros pervigil arbitratur annos?
 Laxato volat impotenter arcu,
 Nullo non docilis ferre ludo.
 Fumum dissipat Aura, Parca vitam,
 Nulli parcere docta Parca vita.
 Aruo tu licet imperes & auro
 Ibis, quæ properabit, ibis, ibis.*

Effera Mors arcu volucriq; celerrima telo
 Æternis vitam subruit insidiis,
 Præcipitante vibrat iaculum fatale lacerans.
 Nullis mitificans, seria bella iocis.
 Ut fumus sic vita volat dilapsa per auras,
 Ipsaq; vita suæ semina mortis habet.
 Mille implacatam non placant iugera Mortem,
 Nec tu aliud, quàm omnes ibimus, ibis iter.

2. Wann dir das letzte stündlein komet/
 So heist es verlaub genommen:

All Freundt verlassen dich zur stundt/
 Niemandt will mit dir Kommen.
 Du must allein dich geben drein/
 Zu reysen frembde strassen :
 Hast vil guts thon/so trags darvon/
 Sonst wirdt man dir nichts lassen.

*Simul fores pulsauerit,
 Iube Valere Vitam;
 Amica turba deseret
 Te membra deferentem.
 Intrabis exclusissimus
 Iter tenebricosum.
 Tecum feres, quod egeris,
 Non auferes quadrantem.*

Nam tibi cum fati grauis iminet hora, propinqui
 Extremum, ingeminant, salue &, amice, vale.
 Atque abeunt. Tum tu socio desertus ab omni,
 Mortis inis, nullo te comitante, vias.
 Ignotum per iter proficisci cogaris, antè
 Non tibi tritum, vllò nec duce, nec comite.
 Culta tamen virtus viuo tibi fata sequetur,
 Solaq; ab exequiis illa futura tua est.

*Supremis tibi luxit hora fatis,
 Tunc salueto, perenne tunc valetto,*

*Dilapso fugis ilicet propinquo
 Certas incomitatus in tenebras,
 Solus quarere solus inuenire
 Cæcam cogeris ambulationem:
 Quod virtutis habes, habeto: solam
 Hanc hares tibi sarcinam relinquet.*

Cum tibi Persephone supremam luxerit horam
 O salve & morti præda litanda vale.
 Qui te quæsierant iam dilabuntur amici,
 Et tuus, est nemo qui velit ire comes.
 Audin? Mors pulsat, solus mi grabis ad umbras.
 Cæcam cogêris solus inire viam.
 In terram referes si quid virtutis habebis,
 Nec tecum hinc aliud ferre sinêris onus.

3. Dein Angesicht wirdt fallen ein/
 Die Augen werden brechen:
 Das Hertz in schweren ångsten sein/
 Der Mundt kein wort mehr sprechen.
 Dein schöne ggestalt muß werden alt/
 Die Pulsz wirdt nimmer lauffen:
 Deß Todes schweiß macht dir gar heiß/
 Da kombt die noth mit hauffen.

*Genæ rigebunt cerea;
 Fax luminum fatiscet;*

CERTAMEN

*Nec pectus eluctabitur;
 In ore vox dehiscet;
 Laudata forma concidet;
 Arteria pauebunt:
 Gelu madebis horrido,
 Obsessus à Charonte.*

Tunc surget gelidus collapsò pallor in ore:
 Atraq; nox tenebris lumina victa tremet.
 Et fremet obsessum curis miserum vndiq; pectus;
 Mutaq; pro verbis murmura lingua dabit.
 A vultuq; tuæ fugiet decor ille iuuentæ,
 Nec peraget soliti vena tenoris iter.
 Frigidus æ toto manabit corpore sudor;
 Imaq; torquebit lapsus ad ossa dolor.

*Tunc toto macies sedere & vultu;
 Fractis lumina tunc mori & itellis;
 Crebris pectora tunc pauere curis;
 Tunc muta titubare & verba lingua;
 Belle cedere tunc iuuenta forma;
 Ægras tunc cruor impedire & venas:
 Tunc sudore gelatus & stuuabis,
 Cum frenis dolor irruet solutis.*

Horrida diripient rugarum nubila vultum,
 Deseret extinctus sidera bina dies,

Latrabunt tremulo præcordia faucia luctus;
 Vocis, formido plurima claudet iter.
 Debebit bellæ flos deflorescere formæ,
 Forpebit segni languida vena metu.
 Manabit gelidus per membra trementia sudor,
 Ingemet occultis ipsa medulla malis.

4. Dem du zuuor warst lieb vnd werth/
 Dem bringst du jetzt ein grausen/
 Der vor bey dir all tag einfehrt/
 Der bleibt jetzt und wol draussen:
 Schleicht heimlich für/ bey deiner Thür:
 Kein Gsell will dich mehr kennen:
 Du ligst im Beth/ vnd seufftest steth/
 Dasß Gwissen thut dich brennen:

*Cui vita suuens dictus es,
 Defunctus ipsa mors es,
 Auere te qui nullus
 Iussit, iubet Valere,
 Postesq; furtim transuolat,
 Quos ante basibat.
 Te lectus vrit anxius,
 Curis cor in tus hirrit.*

Qui nuper iucundus eras, & charus amicis
 Nautea nunc iisdem diceris esse grauis.

Te sine qui dudum se viuere posse negabat,
 Ille tuam, visâ ceu fugit angue, domum.
 Et tua respiciens tacito pede limina furtim
 Præterit, & qui sis, iam quoque nosse negat.
 At te lectus habet plorantem & acerba gementē,
 Ægraq; mens miseris angitur vsque modis.

*Qui te nouerat antè, foueratq;
 Nunc horret, metustq; despicitq;
 Qui te diripuit perennis hospes,
 Iam notos cauet auis penates,
 Rapto limina praterit meatu:
 Nulli nosceris amplius sodali.
 Lecticam premis, ingemisq; pressus,
 Angit spiritus ager, angiturq;.*

Qui prius esse suum blandus te dixit ocellum,
 Ex oculis primus te mouet ille suis.
 Hospite quo pinguis risit tua mensa perenni,
 Largum ridet adhuc ille, sed ante fores
 Cumq; tuas transit solum oblique aspicit ædes
 Et te cum reliquis se quoq; nosse negat.
 Tu tristi suprema toro suspiria fundis.
 Annales vitæ dum legis ipse tuæ.

5 Das Fleisch wirdt stincken wie ein Aß/
 Kein Mensch mag bey dir bleiben:

Man

Man wirdt verstopffen Mundt vnd Nasß/
 Dich auß der Gemeind vertreiben ;
 Nur fluchs hinausß mit dir zum Hausß/
 Die Leuth ab dir erschrecken/
 Man deckt dich zu/da schlaff mit ruh/
 Niemand wird dich auffwecken,

Pestem creabis naribus ;
A te fugabis omnes ;
Claudentur oris ostia
Proscriptus exulabis.
Foras, foras, propera foras
Catharma, pestis, horror ;
Opertus alium dormies,
Interstrepente nullo.

113

Mox grauis extincti vitiabit corporis auras,
 Et propiùs notos stare vetabit odor.
 Ora manu naresq; prement, qui cõminus ibunt,
 Submotumq; procul te ocyus esse volent.
 Cede domo tandem vetus & grauis incola cede.
 Exterret mœstos umbra vel ipsa Lares.
 Os velant, oculosq; tibi requiemq; præcantur.
 Hic tibi perpetuus somnus & vnus erit.

Halabit nocuas cadauer auras,
Et stantes odor insolens fugabit,

A 7

sed

*Sedit nantea, nariumq; pestis
 Tota cedere publico iubens:
 Exi, iam satis est, cadauer, exi,
 Vinos mortua terret Sombra Sultus.
 Hic altum tegeris, quiescis altum,
 Surdas hic nihil excitabit aures.*

Tunc animam exanimū spirabit corpus olentē,
 Iam pestis, quondam naribus illicium.
 Se teget os stomachans, poscent velamina nares:
 Atq; domus dominum respuet ipsa suum.
 Exi iam satis est, caueam tibi quære cadauer;
 Exanguis infert mortua larua metus.
 Hic tegere; hic longum fas est dormire soporem;
 Hic somnos poterit rumpere nemo tuos.

6. Bald nach dem Todt mit deinem Leib/
 Wirdt man dem Grab zueylen:
 Der letzte trost von Kindt vnd Weib/
 Ist wainen vnd groß heülen:
 Ein halben tag/werth dann ihr Flag/
 Bisß morgen werdens lachen:
 Man wirfft dich nein/es muß nur sein/
 Man thuts Ealm anderst machen.

*Propè antè mortem mortuus
 Cadauer efferere:*

*Lamenta erunt solatio,
 Vxoris ac nepotum.
 Cras lacrymæ te condito,
 Vertentur in cachinnos.
 Sed tu subis scrobem, subis;
 Hæc fossa sorbet orbem.*

NB

*Nec mora, cum corpus vitaq; & sanguine cassum
 Ingestâ raptim contumulatur humo.
 Quid gnati, & charo coniux viduata marito?
 Solamen lacrymas triste doloris habent.
 Sed brevis est hic luctus, heri quæ fleuerat vxor,
 Cras iterum risus illa, iocosq; dabit.
 Tu verò obscuro tumuli concluderis antro.
 Hanc fati legem nemo migrare potest.*

*Kix vero morsere, iamq; fossa
 Omnes funera subruent sepulchro.
 Solamen tibi posthumum parabunt
 Lamentabilis vxor & nepotes.
 Nec totam lacrymæ diem madebunt,
 Cras siccos iterum dabunt cachinnos.
 Sed tu deiiciere, nec resistes:
 Hic nulli licet esse contumaci.*

*Nondum defecto frigeunt membra tepore,
 Iamq; patens raptim conteget ossa solum.*

Supre

Supremum solamen erit cum pignora & vxor
 Manabunt laceris flumina mœsta genis.
 Hæc tamen vna dies siccabit flumina; cernet
 Postera, iam risu lumina sicca, dies.
 Tu verò abiiceris neq; fas est velle reniti,
 Nullam à caussidico lex timet illa moram.

7. Im Grab verborgen warten dein /
 Vil Krootten vnd vil Schlangen :
 Die werden da dein Hausgastind sein /
 Dich griessen mit verlangen :
 Ihr Gasterey wird da sein frey /
 Keins darff die zech bezahlen :
 Sie schliessen ein Biß auff die Baim /
 Machens nach ihrem gfallen.

*Specum iacentis incolunt
 Venena, bufo, Vermes:
 Hos aulicos hac aula fert;
 His gratas imperabis.
 Pendes tributum Vermibus,
 Stipendiumq; Blattis
 Fas his erit grassarier
 Per ossium medullas.*

Impastæ expectant hac te sub mole colubræ,
 Plurimus & qui imo carcere bufo latet.

Illa tibi hos vernas. hos & dabit aula clientes,
 Hæc tibi in amplexus obuia turba ruet.
 Certatimq; omnes rapiant tua membra, trahētq;
 Pones gratuitas vermibus ipse dapes.
 Illapsi errabunt per caulas corporis omnes,
 Utq; volent de te, quodq; volent statuent.

*Expectant tumulo latenter imo
 Bufo, Vipera, sordidiq; Vermes.
 Hos Vernas numerabis, hos clientes;
 Hos complexibus indues cupitis:
 Hi carpent epulasq; cænulasq;
 Nullis pocula præstinanda numis,
 Labentur per & ossium medullas,
 Et voto sibi consulent inempto.*

In tumulo expectant vermes pleno agmine, mē-
 Atq; saginandi vipera, bufo, tuis (bris
 Rosa palatinam hanc saturabunt viscera turbam,
 Quæ domino panget basia crebra suo.
 Conuiuas epulo mactabis dapilis istos,
 At largas redimet symbola nulla dapes:
 Ossa terebrabunt, scrutabunturq; medullas
 Ad lubitum cunctis ipsa popina patet.

8. Dem Freundschaft wird ein kleine zeit/
 Umb deinen Todt sich Klagen /

Ein Mantel vnd ein schwarzes Kleydt/
Ein halbes Jarlein tragen.

Dann spricht die Kott/genad ihm Gott/
Deint hat sie schier vergessen.

Theilend dem haab / so du im Grab
Von Würmen wirst gefressen.

Cognata gentis atria
Mox finient dolorem.

Semestre ducent lugubre,
Vertentq; mox colorem.

Leuem precata cespitem
Perenne te silebunt.

Hares talenta diuidet;
Te diuident lacerta.

Tempore nō longo, de tot tibi sanguine iunctis,
Mœrebunt mortem vix duo tresuè tuam.

Atq; ex more, tuo pullas in funere vestes,
Signa sui luctus non diuturna ferent.

Manibus vt bene sit, bene sit cineriq; vouebunt,
Exiguus de te postmodo rumor erit:

Diripient auidè (dum rodunt viscera vermes)
Abs te congestas alter & alter opes:

Pauci de melioribus propinqui
Fletu funera longiore ducent:

*Atræ palliæ sordidatæ lanæ
 Semestris feret atteretq; luctus.
 Tellurem tibi tunc leuem vouebunt,
 Et nunquam memores tui redibunt.
 Corrasum quoq; diuident metallum,
 Dum te diuidet exedetq; bustum,*

Flebitur haut longus pullatis lessus amicis,
 Qui gemat è multis vnus & alter erit.
 Exequias ibunt atrata in veste; videbit
 Purpureas iterum septima Luna togas,
 Vixq; tui iam turba memor, pro more vouebit:
 Ne rigidi molem cespitis ossa ferant.
 Nil lachrymans hæres absument Cœcuba, vulgus
 Reptile serpentum dum tua membra trahit.

9. Wann dann verlossen ist ein Jahr /
 So bist du schon verwesen.
 Wer dich sucht, find kein Haut noch Haar /
 Fragt wer du seyst gewesen.
 Dem Hirtenschal / ist worden Kahl /
 Dein Nüglein seind gefressen :
 Man find allein die Todtenbain /
 Die Welt hat dein vergessen.

*Vertente Capri sidere
 Puluis amissq; fies*

*Viator ossa transiens
 Scitabitur, quis hic est?
 Hiant caeuerna luminum,
 Exenterata calua est,
 Calcata costa truditur
 Deletus excidisti.*

Corporis at reliquum bis senis mensibus actis,
 Est præter cineres, præter & ossa nihil.
 Usq; adeo vt caluam qui pelle pilisq; vacantem
 Aspiciat, possit quærere: Quis fuit hic?
 Aurea cæsaries defluxit vertice toto,
 Luminibus vacui stant duo fronte sinus.
 Ossaq; nuda iacent toto dispersa sepulcro,
 Dilapsa est etiam nominis umbra tui.

*Sic vnus se vbi circumegit annus,
 Iam toto caro & anust sepulchro;
 Vt visâ neq; pelle, nec capillo
 Possim quærere, calue quis fuisti?
 Crisporum caput inscium est pilorum,
 Stant binis & vacui sinus ocellis,
 Et nudis manet ossibus superstes
 Rerum desita mentio tuarum.*

Sol vbi bis senis orbem concluderit astris
 Vix erit è toto parua quod vna feret

Floriduli cum carne pili fugere sepulchro,
 Ex caluo ut liceat quaerere tu quis eras?
 Iam vetitum cirris per frontem ludere: stellis
 Progeminis, gemina nox sedet atra specu.
 Iam tua roduntur parasitis ossa colubris,
 Iamq; tui nemo est, qui fuit ante, memor.

10. Kein mensch auf Erden sagen kan/
 Wann wir von hinnen müssen/
 Wann der Todt kombt vnd klopffet an/
 So muß man ihm auffschliessen:
 Er nimbt mit gewalt hin jung vnd alt/
 Thut sich vor niemand scheuen:
 Des Königs Stab bricht er bald ab/
 Vnd führt in an den reyhcn.

Ignota lux est vltima.

*Qam nullus auguratur,
 Cum Parca cadit ianuam,
 Est pessulus trahendus.
 Natos auosq; surripit,
 Ut fors & atra fors fert.
 Scepbrisq; reges exiit,
 Et cogit esse plebem.*

Est hominum nemo, cui scire, aut dicere fas est,
 Aut vnde, aut quâ sit Mors aditura viâ.

Ipsa:

Ipsa inopina autē quando adstat, & ostia pulsat,
 Conuulsi postes sponte, seræq; cadunt.

Abducit, seu quis vigeat, seu frigeat annis,

Et nullum est fugiat quod Dea sæua caput.

Sceptra superborum non horret frangere Regū,

Inuisis subigit ferre pedemq; choris.

Fas nullis puto nunciare linguis

Fatalem necis ingruentis horam,

Mors nostras ubi pulsat ad tabernas,

Obstantes referat proterua portas,

Canos undiq; ducit, ac ephæbos.

Omnes imperat illa, nullus illam.

Frangit sceptras superbiora Regum,

Et statas iubet ingredi choreas.

Fas nulli est tabulas arcani cernere fati :

Et certam præsens non habet hora fidem.

Cum mortis quatiet metuenda falarica postes,

Mille seris firma, mille cadentq; seræ

Non frontis nebulæ, non oris purpura Parcas

Demulcent, tetricæ sunt sine fronte Deæ.

Nil Parcæ parcunt; etiam diademata calcant.

Ad furuos regem cum citat vrnâ lares.

21. Für engen Sarch wirdt er dann hon/
 Für eines Königs Saale :

Das Tach wirdt auff der Nasen stohu/
 Merck̄t auff ihr Christen alle:
 Ihr Majestät wirdt da sein werth/
 Beyn Bettlern müßens wohnen/
 In wenig Jar haben sies gar/
 Die Welt pflegt also zlohnen.

Ex inuidenda regia

Pressâ fereris arcâ;

Laqueare nares fulcient;

Gens Christiana pensa?

Par primus hic fit & ultimus:

Stat Crœsus inter Iros.

Vnâ tunc et diecula:

Mox aura diflat aulas.

Regia marmoreis non hîc suffulta columnis,

Sed datur exigua, & facta sine arte casa.

Scandere nec labor est, naso tectum incubat ipsi.

Quæ cano, suspensâ, quisquis es, aure bibe.

Eximius nemo est. Ius & mos omnibus idem.

Æqualem hic sedem Crœsus & Iros habent.

Scilicet hac fini stat Regum arctata potestas:

Hoc pretium cassi nempe laboris habent.

Angusto minor Urna tunc feretro

Magnas amula prouocabit aulas.

Tectum

Tectum naribus incubabit ipsis,
(Huc aduertito Christiana plebes.)
Maestas & in ordinem redacta
Mendicos erit inter inquilinos.
Paucis omnia finiuntur annis.
Hanc mortalia gratiam reponunt.

Sola breuem dominum comitatur fida cupressus
 Angustum Augustos tumba tegit solium.
 Curuatae nares tecto incumbente premuntur,
 Hæc functos (pia plebs cerne) theatra manent,
 Plebeios inter centones purpura squalet,
 Arctanturq; vnâ sceptrâ ligôq; casâ.
 Omnia sic hominû modico clauduntur ab æuo:
 Lubrica sic mundi fallere regna solent.

12. Wem bleibt alsdann dein Land vñ Leut/
 Dein grosse Kennt vnd Lehen:
 Limm andern ist dein Sitz bereyht /
 Kein Haan wird nach dir frehen:
 Deine Palläst vnd Mauren fest
 Wird man darnider reissen:
 Du ligst im Grab vnd bist schab ab/
 Mußt jetzt die Würme speysen.

Cui regna, & sceptigalia,
Relinquis & Quiritos?

Ebur

Ebur tuum fert exulem;
Ferunt, tacentq; ciues.
Arces & alta turrium
Effosa subruuntur.
Sub mole tu ludibrium
Depasceris colubris.

Quis iam dehinc populos, & quis moderabitur vr-
 Et tibi possessas dehinc quis habebit opes? (bes?
 Alter habet solium, & vacua iam regnat in aula,
 Te reducem in lucem nemo videre velit.
 Deiectæ turres, versæ cum montibus arces,
 Æquaq; sunt imo reddita tecta solo.
 Tu pulsus regno vitâq; haud nosceris vlli:
 Vilis & in tumulo vermibus esca iaces.

Cui ciues suberunt dehinc & vrbes?
Cui portoria, cui tributa pendent?
Sublimi sedet alter in curuli,
Tu nullâ reuocaberis querelâ.
Aula culmsna, maniumq; & alla
Vnâ subruet amulus ruinâ.
Tu pulsus, tumulo premeris alto,
Vilis & vermibus esca, & viperisq;

Quem nunc formidant populi, cui mœnia parêt?
 Cui domino, antè tibi, pensa tributa ferunt?

B

Alter

Alter habet celsas populo plaudente curules,
 Nec refodit cineres vlla querela tuos
 Aërias moles æquataq; Pergama cœlo
 Æquat nunc imo vasta ruina solo.
 Tu saxo premeris, te vilis arena coërcet,
 Vermibus est corpus rixa gulosa tuum.

13. Wann dann du bist genommen hin/
 Kein Mensch wirdt nach dir fragen/
 Was auß den Augen/ auß dem Sinn/
 Thut das gemein sprichwort sagen:
 All lieb vnd trew/ wirdt man ohn schew/
 Mit dir ins Grab nein scharren.
 Wehe wem die Welt so sehr gefällt/
 Ihr freundt sein lauter Narren.

*Mors ergo cum te messuit,
 Iam nemo te requirit;
 Amatus es, dum visus es,
 Proœmiam reuolue.
 Amica tecum nomina
 Morientur & te gentur.
 Quid, heu, quid has affanias
 Excordium petescis?*

Ergo cum tenuem fueris mutatus in vmbra,
 Aut vbi sis? aut quid, nemo rogabit, agas?
 Nam

Nam vetus, & verum est, vulgi quod dicitur ore:
 Quantum oculis, animo tam procul ibit amor.
 Nomen amicitiae, siue est quid sanctius illo,
 Marmor idem, functi quod tegit ossa, tegit.
 Heu malè! quisquis amat fluxa hæc & inania re-
 Talia cui sapiunt, ah, sapit ille nihil. (rum,

*Sic cum desinis interesse & iuis,
 Nostris desinis interesse curis;
 Quantum cesseris ore, amore cedes,
 Prasagi memorant labella & vulgi;
 Candorem tibi quisque, quisque amorem,
 Busto subruet impudenter & no.
 Heu fluxas male deperimus & umbras!
 Hac deliria sunt amasiorum.*

Cum sic vanueris ferali abiectus in antrum,
 Omnis erit tecum cura sepulta tui.
 Ex oculis pulsum, nemo non pectore pellit,
 Notum nec vano plebs canit ore melos
 Quid speras post fata fidem; foedusque fidemque;
 Telluri tecum defodienda ferent.
 Umbrarum heu magnis emimus sudoribus umbras:
 Ah malè, cui fallax sic placet umbra, sapit.

14. Der Todt vrbloßlich als ein Dieb/
 Thut gähling einher schleichen:

Es sey dir gleich leyd oder lieb/
 Du kanst ihm nit entweichen:
 Sein Pfeyl ist gift/wann er dich trifft/
 So must dich bald auffmachen:
 Er nimbt dich mit/es hilfft kein bitt/
 Darumb sich zu dein sachen,

*Suspensa adest Vestigio,
 Lauernionis instar;
 Exire cuius aleam
 Nec si datur, nec arte.
 Propinat atra toxica,
 Nolis, Velis, bibenda.
 Mors est inexorabilis;
 Non consulis futuris?*

Obrepi tacita obscuras ceu latro per vmbra,
 Et quo non speras tempore Parca venit.
 Nolentem pariter ducet, ducetq; volentem,
 Nullæ te latebræ, te fuga nulla teget.
 Spicula felle linit, sit vt immedicabile vulnus,
 Quod facit. Et subito, quem ferit ille perit.
 Nec fas est quæquam vitam impetrare precando,
 Quare in re tantâ despice, quid sit opus.

*Furtiuo properata Parca motu.
 Ex passu tibi lanceo propinquat;*

Rumpat

*Rumparis licet &sq̄ue & &sq̄ue & &sq̄ue,
 Non auellitur illa, non fugatur.
 Lethalis simul appetere telo,
 Ibis, per loca nigra ductus, ibis.
 Hoc nullis redimes iter querelis;
 Rebus consule tam periculosis.*

Furtiuus Mors prompta dolis inopina quietos
 Opprimit, & tacito clam venit illa pede,
 Seu pacem seu bella velis, culpesúe probesúe
 Te Fati imperio fulmina missa perent.
 Vipereo medicata iacit mors spicula tabo,
 Ille perit subitâ, quem ferit illa nece
 Aure caret Fatum precibus nec flectitur vllis:
 Dum licet, ô nimium damna propinqua caue.

15. O Fleisch du schönöder Madensack /
 Wievil hast du betrogen:
 Wer dir glaubt/weist wedr gieck noch gack /
 Dein warheit ist erlogen:
 Wer dir vertrawt, seh auff sein haut /
 Er wirds wol müssen zahlen:
 Im höllischen feuer/da raith mans theur /
 Der Speck ligt auff der fallen.

*Frons, ò cadauerosa frons,
 Mentis a mille laruas,*

Stultine fronti creditis?

Fallit, caute, fallit.

Qui fidit illi perfida,

Post damna serò flebit.

Ditis coquere sulphure;

Tibi Venus placebit?

Heur spurca, in numeroq; scatens caro tabida ver-

Multos quàm es multis ludificata modis? (me.

Quicumq; assuetæ semper tibi fallere credit,

In fatuo nullum corpore pectus habet:

Et miser elusum se, si tibi præbeat aures,

Postmodò cum magno sentiet ille malo.

Esca tegit, fixum qui guttur sauciet, hamum;

Solues de tergo, si capiare, tuo.

O putri caro verminosa tabo,

Quanto sacula decipis cachinno?

Has, qui creditis, has caute fraudes,

Mentiri caro dum negat, fatetur.

Fidant qui cupiunt perire, fidant.

Magno credulitas luetur astu.

Seruent Tartara sumptuosiores

(Possum vilis esurire) cœnas.

O caro chara nimis, cœni tabisq; cloaca,

Quot dulci incautos fraude, maligna, trahis?

Perfida.

Perfida quam blando velas periuria palpo,
 Es mendax quoties incipis esse loquax.
 Admoneo caueat, quisquis te credit amicam,
 Pro facili pœnas credulitate dabit.
 Incolit ah nemo Phlegetontis a symbolus ignes:
 In certum ô miseri tenditis exitium.

16. Vielleicht ist heut der letzte tag/
 Den du noch hast zu leben:
 O Mensch veracht nit was ich sag/
 Nach tugent solt du streben:
 Wie mancher Mann wirdt müssen dran/
 So hofft noch vil der Jahren:
 Und muß doch heut/weil d'Sonnen scheint
 Zur Hôll hinunder fahren.

*Quid si tibi suprema lux
 Hac fulsit occidenti?
 Ne lude plebs hac omnia;
 Virtutis esto cultrix.
 Hac ipsa lux quot abstulit,
 Qui secla cogitabant?
 Sol occidentes ante se
 Miratur isse ad orbem.*

Forſitan (Vt certi non certa est funeris hora.)
 Includet fatum lux hodierna tuum.

Hæc igitur noli leuia aut ludicra putare,
 Quæ moneo, virtus vna colenda tibi est.
 Sæpe aliquis longos vitæ spe præcipit annos,
 Sternere quem subito vulnere Parca parat :
 Et priùs Hesperiiis quàm Titan mergitur vndis,
 Illum iam Stygiâ nauita lentre vehit.

*Forſan lux tibi ſumma iam minatur,
 Et vix deſinet illa, deſinesq̃.
 Noli ludibriũ putare, noli!
 Virtus cenſibus eſt emenda totis.
 Eſt hic, eſt puto deſtinatus vmbriſ
 Qui longos ſibi pollicetur annos;
 Occaſum tamen ibit ante Phæbum,
 Ille præcipitatus in paludes.*

Iſta tibi forſan rapiet lux vltima lucem,
 Te fortè hac ſtatuit ſternere Parca die
 Non hæc trita putes falſæ ludibria linguæ,
 Pandat iter virtus duxq̃; comesq̃; tuum.
 Illum ſpe citiùs viuis Parca eximet, annos
 Qui vitæ votis adijcit ipſe ſuæ.
 Ille idem infernos citius rapietur in amnes,
 Occidius Phœbi quam lauet amnis equos.

17. Darumb mein Seel biß ſtãts Berreyth /
 Thue allzeit männlich wachen :

Wann

Wann der Todt kombt zu jederzeit/
 Will dir den garauß machen :
 So kanst du dich frey ritterlich/
 Mit ihm in Kampff begeben :
 Ein grosse Kron trägst du daruon/
 Wann er dir nimbt das Leben.

*Nonne ergo pernox perditus
 Constanter excubabis?
 Ut, mors ineluctabilis
 Si congregati metur,
 Interritus compareas,
 Promptus subire luctam,
 Si morte victus occides,
 Adibis astra victor.*

Quare, anime, in vigili semper statione maneto,
 Supremam ad luctam te facitoq; pares.
 Ut quocunq; loco, quocunq; in tempore Parca
 Te veniat telis certa ferire suis,
 Aduersum tendas fidenti pectore in hostem,
 Collatoq; ausis cominus ire pede.
 Quod, te si fixâ percusserit illa sagittâ,
 Mortis erit precium pulchra corona tuæ.

*Nunc ergo, mea vita, preparatis
 Pernox fortiter excubato telis.*

Quando Mors subitis volet sagittis,
 Infesto iugulare te duello;
 Hæc interrita pronocatione
 Feralem potes ingredi palastram.
 Tolles nobile præmium corona,
 Fixâ cum perimèris à sagittâ.

Quare age mēs vigila, rūpant discrimina somnos
 Postulat excubias noxq; diesq; tuas.
 Cū subito ferrum raptò Mors diriget arcu,
 Excussūmq; tibi mīlile fata feret.
 Tunc caue ne titubes extremæ in puluere luctæ,
 Magnanimū poseunt ista duella virum,
 Præsignem referes post hæc certamina palmam
 Non timidè magnum est hic cecidisse decus.

18. All Creatur laß fahren hin/
 Den Schöpffer solt du lieben:
 Was d hie verlemst ist dorten gwin/
 Kein schad laß dich betrüben:
 Mit Seel vnd Leib dich ihm verschreib/
 Alsdann so laß ihn walten:
 So wirdt er dich (glaubs sicherlich.)
 In seinem schutz erhalten.

Contemne quidquid conditum,
 Amāq; conditorem,

Quod

*Quod perdis hic, ubi inuenis;
Lactura nulla turbet.*

*Emancipa te Numini:
Cura solutus erani,
Saluum Deus, quid ambigis?
Tuta locabit arce.*

*Sperne quod & tellus, quodq; vnda profundit, &
Quemq; colit tellus, vndaq; & aura, cole. (aura
In lucro, si quid perdas hinc fortè, reponere:
Digna puta curis nec satis esse tuis.
Teq; Deo corpusq; tuum sacraq;, dicaq;;
Et paterè vt de te, quod videatur, agat.
Crede mihi, tuto tibi sic demum esse licebit,
Præsidii clypeo te teget ille sui.*

*Quidquid conditur hinc & hic, mitte,
Debet Conditor hic & hic amari,
Damnum quodlibet autumato questum,
Nec casus hilaris time sinistros.
Vita ius animiq;, da Tonanti
Et quod fecerit, optimum putato;
Tunc demum (nihil ambiga:) perenni
Tuta præsidio dabit salutem.*

*Onunquam dignare tuo mortalia amore,
Vnum vt amare queas omnia, Numen ama.*

Quidquid vis magno reparatum fœnore, perdas,
 Iacturam, quod non perditur, esse puta.
 Transcribas Regi superùm corpusq; animumq;
 Atq; suo metuas Fata mouere loco.
 Illa tuam firmet, quæ cunctas anchora cymbam,
 Numen certa tibi est anchora, certa salus.

19. Der dises Liedle hat gemacht/
 Von newem hat gesungen :
 Der hat gar oft den Todt betracht/
 Vnd leglich mit ihm grungen :
 Ligt jetzt im hool/es thuet jms wol /
 Tieff in der Erdt verborgen :
 Sich auff dein sach / du must hernach/
 Es sey heut oder morgen.

*Qui primus hoc odarium
 Fleuitq; condiditq;
 Quotidiana funera
 Toto reuoluit auo;
 Iam funus est, iam puluis est,
 Fato suo sepultus:
 Sequere (vasa collige.)
 Aut primus, aut secundus.*

Qui primus, numeros ipsi dictante Camœnâ,
 Hæc cecinit certis verba ligata modis :

Sæpe

Sæpe suo is tacitus voluit sub pectore Mortem,
 Illius & demum cuspide fufus humi est.
 Nunc, vt eo dignum est, plebeiâ conditur urnâ,
 Multaq; eum circa terrâ supraq; tegit.
 At tu, qui legis hæc, tibi, consule, quid sit agendû,
 Aut cras, aut hodie te tua fata manent.

*Primus funerei Poëta Lessi
 Dum tristi modulatur hæc Camanâ,
 Multo funera pensitauit anno,
 Vno deniq; iam peremtus anno.
 Hinc altum tegitur, nec inuidetur,
 Terra cespite frigido sepultus.
 Tu rem cautior æstima; sequeris
 Vel primâ quoq; luce, vel secundâ.*

Funeris hanc primus qui planctum in carmina
 vertit,
 Inferias vt olor fleuit & ipse suas:
 Sæpius iratæ præuidit spicula Parcæ;
 Tandem quæ vidit tela ferenda tulit.
 Nunc habitat fouea (nec enim meliora parantur)
 Et multa longum stertet amictus humo.
 Quî viuas, videas, *Morsuris*; at vltima non est
 Lux hodierna: time, crastina forsan erit.

DIES

DIES MVN- DI FATALIS.

siue

VLTIMVM TRIBVNAL.

I.

A *Adeste mundi praesides,*
Mitraq; purpuraq;
Adeste regum fascia,
Et fascium secures;
Adeste viui, mortui
Olimq; nascituri;
Carmen fero plorabile:
Audite fata mundi.

H *Om̄t her wer Cron vñ Inſel treget/*
Roth H̄t̄er vnd Biſchoff ſtabe.
Kayſer König/ vnd die ihr pflegt/
Zuherſchen biß ins Grabe.
All die ihr lebt/ vnd nimmer ſtrebt/
Vnd noch werd ſein/ ihr Jungen/
Merck̄t auff diß Lied/ mit traurign gm̄th
Vom endt der Welt geſungen.

Lucianus

2.

*Luctante secum spiritu,
 Haulca trudo verba;
 Protrusa mox resorbeo,
 Reciprocante lingua;
 Ruunt per ora flumina
 Aestusq; lachrymarum.
 Pocul procul deliria
 Mundi, procul cachinni.*

Zeischend ich auß betrübtem Geist /
 Sing nur mit halben Worten /
 Die Jung ihr ampt gar vbl leist /
 Verschlickts an disen orthen.
 Die haissen Thrän vber die Wäng /
 Reichlich herunder fließen /
 Sey weit vnd ferz Welt narren gschertz /
 Lachen thut mich verdriessen.

3.

*Quocunq; verto lumina,
 Squalore cuncta marcent;
 Extincta lugent sidera,
 Et siderum choragi.
 A sole sol defectus est,
 Caretq; luce Luna.
 Pontifremunt ceraunia;
 Gemit tremitq; tellus.*

Ich Fehr mich hin/ich Fehr mich her /
 So sich ich alls verschmachtet.
 Die Stern desß Himels trauren sehr/
 Jetzt Sonn vnd Mon betrachtet/
 Der Sonnen glantz verdunckelt gantz/
 Der Monschein ist verlohren/
 Das Meer das saust/tobt wüt vnd braust/
 Die Erdt erbumt mit zoren.

4.

Cautes & antra mugiunt,
Et saxa colliquescunt:
 Lambunt faces incendiū
Æterna templa cœli;
 Mundi crepant fundamenta,
Vrbes iacent & arces:
 Damnata gens mortalium
Rogo crematur & no.

Die Krufft vnd holen Brumlen vast /
 Die Felf vnd Berg verschmelzen/
 Das Fewr sein flamm ohn alle rast /
 Thuet biß in Himmel welzen/
 Es Kracht vnd Enalt die Welt mit gwalt /
 Stätt/Schlösser fallen zhauffen/
 Was lebt als sambt zum Fewr verdampt/
 Niemand wirdt ihm entlauffen.

5.

*Mæsto pauet silentio
 Cinis sepultus orbis,
 Nox alta mæret, nulla vox
 Sonat uè, murmuratue;
 Non athra sentit alitem;
 Non rugiunt leones,
 Latrator ipse conticet,
 Non mugiunt triones.*

Die Welt entsetzt sich daß sie ligt /
 Im Aschen tieff vergraben.
 Die finster Nacht hat obgesigt /
 Kein stimb will sich erhaben.
 Kein schall erklingt / kein Vogl singt /
 Kein Löwen hört man brüllen /
 Kein Ochsen röhrn / kein Schaf mehr blern /
 Man hört kein Hundt mehr bellen.

6.

*Regina mortualium
 Armata falce Parca,
 Iam funus unum duxerat
 Ex gentium ruinis;
 Per ossa victrix arida
 Incesserat superba,
 Deamq; se iactauerat
 Deo potentio rem,*

Der Welt Tyrann vnd greulich Mann/
 Der Todt mit seinen Waffen/
 Macht alles gleich zu einer Leich/
 Also pflegt er zu straffen.
 Die Todtenbain tritt er allein/
 Sighafft mit seinen füssen/
 Als wer er Gott/vnd nit der Todt/
 Fragt nicht nach Wöhr vnd Spiessen.

7.

*Repente clangit buccina
 Sonoribus tremendis:
 Archistrategus aetheris
 Frigentiumq; prator,
 Quatit potenti numine
 Tumbas, & excit Smbra:
 Prodit manes, currite
 Ad Vltimum tribunal.*

Da last sich vnuersehens hörn/
 Pusaunen grosser schalle/
 Der höchste Hauptman Gott des Herrn/
 Citirt die Todten alle.
 Pusaun erschalt auß Gottes gwalt/
 Die Gräber Fans durchtringen/
 Zum letzten Gericht sie all verpflicht/
 Solln auß den Gräbern springen.

8.

*Hic ò nouum spectaculum,
Spectaculum pauendum,
Tellus mouet tremoribus
 Novis, inusitatis,
Et parturit quod saculis
 Tot fouit inter aluum.
Animantur ossa flamine
 Et vestiuntur artus.*

Ein Schawspil new sich da erregt/
Spectacl voller schröcken/
Die Erdt sich wunderlich bewegt/
Die Todten auffzudecken.
Sie ist bereit was lange zeit/
Gerragn hat zugebären/
Den Pain das lebn/vom Geist wirdt gebn/
Die Glidmaß widerkehren.

9.

*Sed fronte prorsus impari,
 Et impari decore;
Hic monstruoso vertice,
 Vultuq; tortuoso;
Sed oris ille gloria
 Gemmata vincit astra;
Et vincit & que septies
 Fulgore solis ortum.*

Jedoch

Jedoch mit gar vngleicher gſtalt /
 Vngleiche Leut man zehlet /
 Diſer iſt heſſlich abgemahlt /
 Sein Angeſicht verſtellet.
 Die ſchöne Stern ſelbſt weichen gern /
 Deß andern zier vnd Klarheit /
 Die ſibenmahl der Sonnenſtral /
 Vbertrifft iſt die Wahrheit.

10.

*Olympus ecce panditur,
 Discedit omne cælum;
 Prætoriana proruit
 Phalanx ab arce mundi:
 Millena ſupra millies
 (Sicut tota castra luſtres.)
 Putabis ex paruiſſimo
 Cenſu triariorum.*

Bald wirdt der Himl auffgethon /
 Die Thor von ander fahren /
 All Gottes heyligen auſſergohn /
 All Engelſche ſcharen.
 Ein Kleine zahl wirdt dazumahl /
 Tauſentmal tauſent ſcheinen /
 So dickes Heer / als Sandt im Meer /
 Wirſtu da ſein vermeinen.

II.

*En primipilus Numinis
 Præfert trabate signum,
 Signum salutis inclytum
 A quo Deus pependit,
 Elisa cuius cornibus
 Est iussa mors moriri:
 Et fracta vis Plutonia,
 Et capta regna Ditis.*

Ein Fürst der Engl Gottes Herrn/
 Tregt vor die köstlich stangen /
 Den Baum des heyls mit höchsten ehren/
 Daran Gott selbs gehangen.
 Da er den Todt hat bracht in noth /
 Durchs Creutz den Todt gerödtet/
 Des Teuffels bracht krafftloß gemacht /
 All fromme Seelen erzetet.

II.

*Dictator immortalium
 Scandit tribunal arcus;
 Tremore nutant sidera,
 Inastuatq; tellus.
 Horrore pallent tartara
 Infraq; mille montes
 Quarunt chaos profundius
 Ob Numinis furorem.*

Den Regenbogn sein Richters thron/
 Der höchste Richter bsitzer/
 Die Stern erzittern falln darvon/
 Die Erdt vor ängsten schwitzet/
 Das Höllisch Gsind erblaicht vnd schwind/
 Will sich in abgrundts tieffen/
 In d Berg versteckn/vnd sich verdeckn/
 Vor Gottes zorn verschlieffen.

13.

*Sed fas abesse nemini
 In orbis hoc theatro:
 Cæli Vacant pratoria,
 Stipantq; iudicantem,
 Patent hiatus inferi,
 Cernuntq; fulminantem
 Adsunt Adami proximi
 Et Ultimi nepotes.*

Da müssen aber all erschein/
 Bey ganzer Welt verhöre/
 All die von Himl kommen sein/
 Stenen des Richters ehre.
 Die Höll ihren schlund thut auff zur stund/
 Sie merckr des Richters strenge/
 Von Adam an/Kindt Weib vnd Wan/
 Sie steht die ganze menge.

Hic

14.

*Hic pectorum lararia
 Reclusa pelleguntur
 Et libri pendes Numinis
 Imis reposta mandris
 Promunt, & arctè pensitant
 Consulta, dicta, facta,
 Et iusta cunctis premia
 Laboribus reponunt.*

Da werden alsdann offenstehn/
 Die heimpligkeit der Seeln/
 Der Richter scharpff darauff wirdt gehn/
 Man kan da nicht verhehlen.
 Alls muß an Tag/ vnd auff die Wag/
 Was dacht/was gredt/was gschehen/
 Drauff folgt der Lohn für jederman/
 Was Vrtl wirdt verjehen.

15.

*Delectus hinc decernitur
 Ab impiis piorum.
 Mittuntur ala caelitum
 Vt euocent beatos,
 Ruunt tribuni Numinis
 In agminum phalanges,
 Siftuntq; latos dexteram
 Ad praesidentis oram.*

Als dann man von einander scheydt /
 Die frommen vnd die bösen /
 Vil scharn der Engel allbereith /
 Was guet ist rausser lesen.
 Die Esandte zwar / durch alle schar /
 Geschwind hin vnd wider lauffen /
 Vnd stelln die fromn / wo sies bekomn.
 Frölich zum rechten hauffen.

16.

Clamore montes intonant
A supplicum querelis:
Omnes petescunt sidera,
Nec assequuntur omnes
Aurata plorant velleria;
Lacerna trita ridet;
Arcetur hircus contumax,
Mites leguntur agni.

Die Berg geben ein widerhal /
 Von der verdampften flagen /
 In Himel woltens allzumahl /
 Die Streitbarn vnd die zagen.
 Manch Gold vñ Seydn muß sich jetzt leydn
 Manch schlechtes Bleydt thut brangen /
 Man jagt hinweck / die schlimmen Böck /
 Die Schaf wern schön empfangen.

O scena

17.

*O scena lamentabilis,
 O flebilis Cothurnus.
 Non Syrma vidit tristissus,
 Aeterna Ditis Umbra;
 Ad candidatos aetheris
 Iubentur ire nati;
 Ad spectra dira Cerberi
 Iubentur ire patres.*

O traurig vnd erbärmlich Ding/
 O Klägliche Tragædi/
 Wer hats erlebt/ was ich da sing/
 Die Höll hats nie gesehen.
 Jetzt mancher Sohn/darff frölich gohn/
 In Himl mit sein Gesellen/
 Der Vatterichts vnd hilfft ihn nichts/
 Er muß zum Teuffl ind Höllen.

18.

*Patres vicissim perditis
 Volant ad astra natis,
 Vir astra latus occupat,
 Vxor lacum charontis.
 Stat Vxor inter cælites,
 Maritus inter hircuos;
 Quos lectus vnus iunxerat,
 Disiungit acta vita.*

So wird auch mancher Sohn verlorn/
 Aber der Vatter seelig/
 Der Mann zum Himmel außerkorn/
 Sein Weib wird sein vnseelig.
 Hergegen den Stern wird zugsellt werden:
 Daß Weib/der Mann den Böcken.
 Vngleiches endt ewig verdrent/
 Zwey vnder einer decken.

19.

Sic à propinquo sanguine
Sanguis fugit propinquus:
Sic frater à dulcissima
Auellitur sorore:
Nec frâtris execrabilis
Luctu soror mouetur.
Rident beati lachrymas
Post fata sero fusas.

Auch schaiden sich die liebe freundt /
 Das Blut man hie nit achtet/
 Der Bruder von der Schwester waint/
 Die Schwester von ihm trachtet.
 Fragt nichts darnach auß grechter rach/
 Nach deß verfluchten zeher/
 Es gilt nit mehr das spat geblet/
 Man lacht nur solcher treher.

Ergo.

20.

*Ergo tributis classibus
 Piorum & impiorum:
 Victrix triumphat natio
 Dextramq₃ regis ambit.
 Funesta fex & stulta plebs
 Sortem gemunt sinistram;
 Sublimis illa tollitur.
 Hac mergitur profundo.*

Wann dann seind abgefondert gar/
 Die Frommen vnd Gottlosen/
 So triumphiert die rechte Schar/
 Umbgibt ihren Herrn wie Rosen.
 Das Gottloß Gsind/dems Hirn zrint/
 Senffzet zu diser stunde/
 Das selig Volck schwebt ob der Wolck/
 Der Böß hauff sinckt zu grunde.

21.

*Supremus insit arbiter
 Alto fremens ab arcu
 Mox attonantur omnia,
 Stupetq₃ mutus orbis.
 Paucis cruenti Iulij
 Dirisq₃ Iuliani.
 Ipsi tremunt innoxij
 Ob iudicantis iras.*

Desß höchsten Richters zorn vnd grim /
 Von seinem Thron herbrummet /
 Die Welt ertattert hart ab ihm /
 Himmel vnd Erd erstummet.
 Dem kühnen Held das Hertz entfelt /
 Tyrannen höchst erschrecken /
 Die vnschuld selb wirdt bleich vnd gelb /
 Von desß Richters anblicken.

22.

Sed hos amico lumine.

Affatur ipse & index.

Iubetq; tutos fidere

Certos bentitatis.

Monstratq; patris regiam,

Sedesq; destinatas,

Quas inuidet insontibus

Infausta fors nocentum.

Wiß er sie bald gnedig ansicht /
 Mit holdseligen Augen /
 Vnd ihnen ganz freundlich zuspricht /
 Sie sollen im vertrauen.
 Auch mit der handt das Vatterlandt /
 Zeigt ihn desß Himmels Saale /
 Der neydig Stamm wird ihnen gram /
 In seinem schweren Saale.

Mox

23

*Mox fulminantis impetus
 Retortus in scelestos
 Tonat fremente spiritu,
 Dirumq; theta promit.
 Tellus recludit viscera,
 Gentem voram nocentem;
 Abite detestabiles
 In tartari barathrum.*

Bald widerumb wie donnerschlag/
 Sein Stimb die bösen quellet/
 Sein Stimb throt ihnen grosse plag/
 Drauff das letst Vrth fellet.
 Thu auff dein Schlund/ O Hölle grund/
 Verschling diß vngeheure/
 Vermaledeyt in ewigkeit
 Seyt ihr/ gehet hin ins Feure.

24.

*Hofte abite Numinis,
 Abite perduelles:
 Fas omne damnat impios
 Recedite impiati.
 Damnata conscientia
 Vos Urget, ite, abite,
 Orciq; flammis pascite,
 In aeternitatem.*

Stecht hin ihr Feindt des höchsten Guts /
 Ihr widerspenning Gesellen /
 Der gerecht Sentenz meins tods vñ bluts /
 Verdampft euch in die Höllen.
 Ewr eygen gwisßn / gar wüßt zerrißn /
 Sagt euch stecht hin behende /
 Dem Feuer zur Speiß / das ist ewr Preiß /
 Da schwitzt ohn alles ende.

25.

O fata funestissima,
Abitur, heu abitur,
Et itur in voragine
Ardentium focorum.
Ætnaæ flant incendia
Et hauriunt nocentes.
Confossa spes, occisa res:
I stulta pompa mundi.

O Todt O noth vber alle noth /
 O weh man muß von hinnen /
 In abgrundt gehet die ellend Rott /
 Da muß sie ewig brinnen.
 Die Höllisch flam̄ / schlegt hoch zusam̄ /
 Die Rott die nimbt sie gfangen /
 Hoffnung ist hin / sambt allem gwin
 O Welt wo ist dein prangen?

26.

*Hac mille Satyres millics**Canuntq; præcinuntq;**Sed quis mouetur Satibus;**Oraculisq; Satum?**Perinde passim uiuitur;**Ceu nulla mors sequatur.**Potatur, estur luditur,**Peritur, interitur.***Souil Propheten haben gschriben /****So oft daruon gesungen /****Wer wirt zur Tugent angetriben /****Der Alten oder Jungen?****Mann lebt dahin / ohn allen sinn /****Als wer kein Todt verhanden.****Man frist vnd saufft / kurzweilt vñ raufft /****Verdirbt vnd stirbt mit schanden.****Ende / bitt Gott für mich.**



SOPHONIAS.

IVXTRA est dies Domini magnus, iuxta & velox nimis, vox diei Domini amara, turpiter ibi eiulabit fortis. Dies iræ, dies illa, dies tribulationis & angustię, dies calamitatis & miserię, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulę & turbinis, dies tubę & clangoris.

